

non tamen sine imbre adolecent: & alias ubi cunque pisces in eadem aqua assidui, nisi appluat, exanimantur. Prægeliadum hyemē omnes sentiunt, sed maxime qui lapidem habere in capite existimantur, ut lupi, chromes, scienæ, pagri. Cum aspera hyemes fuere, multi cæci capiuntur. Itaq; his mensibus iacent speluncis conditi, sicut in terrestriū genere retulimus. Maxime hippurus & coracinus, hyeme non capti præterq; statis diebus paucis, & iisdem semper: Item muræna & orphus, conger, percœ, & saxatiles omnes. Terra quidem, hoc est uado maris excavato condi per hyemes torpedinem, psittam, soleamque tradunt. Quidā rursus astus impatientia, medijs fenuoribus sexagenis diebus latent, ut glaucus, aselli, auratae. Fluviatilium silurus canicula exortu sideratur, & alias fulgure so pitur. Hoc & in mari accidere Cyprino putant: Et alioquin totum mare sentit exortū eius sideris, quod maxime in Bosphoro appetet. Algæ enim & pisces supereruntur, ab imo uersa omnia.

De mugili & alijs piscibus, & quod non
ijdem ubiq; placeant. CAP. XVII.

Magilū natura ridetur, in metu capite abscondito, totos se occultari credentū. Iisdē tamē tāta salacitas, ut in Phœnicio et Narbonensi prouincia coitus tempore ē uiuarijs marem linea longinqua per os ad branchias religata emissum in mare eademq; linea retractum fæmina sequatur ad littus, rursusq; fæminā mares partus tēpore. apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, unus oīum squamis ad os uersis, cōtra aquam nando meat: nullo nunc in honore est: quod quidem miror, cum sit rarus inuentu. Quidā eum elopem uocant. Postea præcipuā autoritatē fuisse lupo & asellis, Cornelius Nepos & Laberius poeta mimorum tradidere. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati à candore molitiaque carnis. Asellorum duo genera, callarie minorres & bacchi, qui non nisi in alto capiuntur, ideoque pralati prioribus. At in lupis in amne capti præferuntur. Nunc scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisq; uesci, non alijs piscibus, mari Carpathio maxime frequens. Promontoriū Troadis Lepton sponte nunq; transit. Inde adiectos Tiberio Claudio principe Optatus ē libertis eius præfectus classis, inter Ostiensem & Campaniæ orā sparsos disseminauit. Quinquennio sere cura est adhibita, ut capti redderentur mari. Postea frequentes inueniuntur Italiae in littore, non ante ibi capti. Admodumq; sibi gula sapores piscibus satis, & nonum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aues Romæ parere miretur. Proxima est his mensa generis duntaxat mustelarum, quas mirum dictu inter alpes quoque lacus Rhetiæ Brigantinus æmulas marinis generat. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia nullis, sicut magnitudo modica, binasq; libras pondere raro admodum exuperant, nec in uiuarijs piscisq; crescent. Septentrionalis tantum hos & proximisq;

ma occidentis parte nō gignit oceanus: cetero eorum genera plura. Nam & alga uescuntur, & ostreis, & limo, & aliorum piscium carne, barba gemina insigniuntur inferiori labro. Lutarium ex ijs rilifissimi generis appellant. Hunc semper comitatur sargus nomine alius piscis, & cænum fodiente eo, excitatum deuusat pabulum. Nec littoralibus gratia. Laudatissimi conchylium sapiunt. Nomen his Fenestella à colore mulleorum calciamentorum datum putat. Pariunt ter anno. His certe toties fætura apparet. Mulum expirantem uersicolori quadam & numeroſa uarietate spectari, proceres gulæ narrant, rubentium squamarum multiplice mutatione pallescentem, utique si uitro spectetur inclusus. M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in sociorum garo (nam ea quoq; res cognomen inuenit) necari eos præcellens putauit, atq; è iecore eorum alecem excogitare prouocauit. Id enim est facilius dixisse, quām quis uicerit. Asinus Celer è cōsularibus, hoc pisce prodigus, Claudio principe unum mercatus octo milibus nummum: quæ reputatio aufert transuersum animum ad contemplationem eorum, qui in conquestione luxus cocos emi sanguulos pluris quām equos quiritant. At nunc cocis triumphorum pretijs parantur, & coquorum pisces. Nullusq; prope iā mortalis estimatur pluris, quām qui peritissime censem domini mergit.

De mullo & coracino, salpa, & salmone. CAP. XVIII.

Mullum lxxx. libraru in mari rubro captum Licinius Mutianus pdidit, quāti mercatura eum luxuria, suburbās littoribus inuentum est. Et hæc natura, ut alijs alibi pisces principatu obtineant: coracinus in Aegypto: zeus idem faber appellatus, Gadibus: circa Ebusum salpa, obscurus alibi, et qui nusquam percoqui possit, nisi ferula uerberatus: in Aquitania salmo fluviatilis marinis omnibus præfertur. Piscium alijs branchias multiplices habent, alijs simplices, alijs duplices. his aquam emittunt, acceptam ore. Senectutis indicium squamarum duricia, quæ non sunt omnibus similes. Duo lacus Italiæ in radicibus alpium, Larius & Verbanus appellantur, in quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris atque præacutis, clavorum caligarum effigie: nec amplius quām circa eum mensem uisuntur.

De exoceto. CAP. XIX.

Miratur & Arcadia suū exocetū, appellatū ab eo, q; in siccum somni causa exeat. Circa Clitorum uocalis hic traditur, et sine branchijs: idē aliquibus adonis dictus. Exeunt in terrā & q; marini mures uocatur, et polypi, et muræna. Quidā & in Indiae fluminibus certū genus pisciū, ac deinde resilit. nā in stagno & amnes transeundi plerisq; euidentis ratio est, ut tuto fætus edat, quia nō sunt ibi quæ deuoret partus, fluctusq; minus suauit. Has intelligi ab his causas, seruariq; tēporū uices magis miretur, k iij si quis